



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

De Denunciationibus. n. 360.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Parocho ne eos copulareret; Illi scientes se omni ex parte habiles, audierunt sacrum Parochi eoque finito cum testibus accesserunt ad altare sibique invicem coram Parocho de praesenti compromiserunt matrimonium: an valide.

¶ dñs Diana part. 10. tr. 13. resol. hoc Matrimonium fuisse Romæ & Mediolani pronuntiatum validum, licet contrahentes fuerint pennis mulctati. Et ratio est evidens quia præter præsentiam Parochi & testium, non requiritur consensus Ordinarii aut Parochi, sed solum contrahentium.

Denunciations Matrimonij.

CONFERENTIA. L.

Senex multorum prædiorum possessor & Caupo, ac propterea consorte conjugé 360. indigens, contraxit sponsalia cum ancilla, & ne impeditur à Matrimonio cum illa contrahendo à filiabus jam maritatis, aut certè irridetur, petiit à Parocho copulari omissis denunciationibus consuetis, quæ tamen factæ fuerunt tribus diebus ferialibus post missam: quæritur, an validum fuerit illud Matrimonium; & an Parochus potuerit dispensare in denunciationibus.

RESOLUTIO Parochus non potuit dispensare in denunciationibus, sed bene declarat se ad eas hic & nunc non obligari, dummodo aliunde certus fuerit non subesse aliquod

impedientium. Ita P. Gob. Tract. 10
Cal. 13. Ratio autem est : quia Conc. Trid.
 denunciations requirens , non concedit su-
 per iisdem dispensationem nisi Ordinario sa-
 Episcopo : quia autem Parochus vidit hic &
 nunc subesse rationabilem causam dispensandi
 si adesseret **Ordinarius** , potuit rationabiliter
 declarare decretum Trid. ipsum non obli-
 gare ad denunciations faciendas.

CONFERENTIA. LI.

Mille imprægnavit puellam , quam pro-
 inde vult ducere in uxorem , rogat itaque
 Parochum ut intermissis Denunciationsibus ip-
361. sis dignetur assistere Matrimonium contractu-
 ris : alioquin dimissa puella ipsi redeundum
 esse ad Castra : queritur ergo , an id possit
 facere Parochus ? **P**. posse : Ratio est ,
 quia ex dilatione Matrimonij imminent peccata ,
 & puellæ gravis Confusio : igitur si prius
 jurent se non ligari aliquo impedimento ,
 poterunt copulari absque denunciationsibus .
 Ita March. in Resol. past. tr. 8. cap. I. n. 2. &
 Gob. ubi sup.

CONFERENTIA. LII.

Sponsus & Sponsa celebraturi Matrimonium
 coram Parocco & testibus , abhorrent mul-
 tum à denunciationsibus faciendis coram po-
 palo , allegant falsam causam remissionis
 earundem v.g. disparitatem Conditionis no-
 eilis cum ignobili : divitis cum paupere :

CON